

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1249

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

fructus unius ecclesie nostre prebende, nos tamen, si quid defuerit, ordinavimus a nostra communitate fore totaliter supplendum, statuente insuper, ut eidem Hesson tantum, dum vixerit, sua prebenda, ubicunque locorum fuerit, tamquam uni ex nostris canonicis presenti et residenti detur integraliter et ministretur. hanc igitur
 5 ordinationem de consilio et consensu venerabilis patris nostri H[enrici] dei gratia Argentinensis episcopi factam nos et nostram ecclesiam ac nostros successores promittimus et obligamus in perpetuum observaturos. nos Henricus dei gratia Argentinensis episcopus huic statuto et ordinationi nostrum adhibuimus et adhibemus consensum et nichilominus confirmamus eandem ac, examinato hujusmodi negocio,
 10 auctoritate apostolica super hoc speciali nobis indulta defectum, si quis in eo est habitus, supplemus ac dispensavimus et dispensamus cum eis, quos in dicto negocio invenimus simpliciter excessisse, facientes in horum evidentiam hiis litteris nostrum sigillum appendi. nos prepositus, decanus et capitulum sancti Thome in supra-
 15 scriptorum declarationem et probationem presenti scripto appendi fecimus nostra sigilla. datum Argentine anno domini 1249, in festo beati Gregorii pape.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 2 (statuts) or. mb. c. 4 sig. pend. Die Siegellegenden bezeichnen als Probst von St. Thomas Nicolaus, als Dekan Burcardus¹.

329. *Pabst Innocenz IV gestattet dem St. Marzkloster zu Straßburg, bei der Aufnahme von Novizen nur die päpstlichen Schreiben, welche die vorliegende Indulgenz erwähnen, berücksichtigen zu dürfen. 1249 März 29 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . . priorisse et conventui monasterii sancti Marci extra muros Argentinenses ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. paci et tranquillitati vestre paterna volentes imposterum sollicitudine providere vobis auctoritate presentium indulgemus, ut ad receptionem alicujus nullatenus teneamini per litteras sedis apostolice, quantumcumque^a precise scribatur in eis, nisi de hac indulgentia plenam fecerint mentionem². nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Lugduni 4 kalendas aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 9 or. mb. c. bulla pend. Auf dem untern Rand rechts von gleicher Hand Johannes Parm.

a) *cumque auf Rasur.*

¹ *Ebenda befindet sich im Original noch eine Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg, die kraft päpstlicher Vollmacht (cfr. nr. 325) das Uebereinkommen zwischen dem St. Thomascapitel und Hesso bestätigt, 1250 October 12 (4 idus octobris).*

² *Dieselbe Vergünstigung gewährt Innocenz IV dem Straßburger St. Johanneskloster, 1249 September 8 (6 idus septembris) Lyon, s. Straßb. Hosp. A. lad. 90 fasc. 12 or. mb. c. bulla pend. Völlig gleichlautend damit ist ferner eine Bulle Innocenz IV für das St. Katherinenkloster, ibid. lad. 125 fasc. 4 or. mb. c. bulla pend. Die Ausführung derselben zu überwachen überträgt der Pabst unter demselben Datum dem thesaurarius Argentinensis, ibid. lad. 125 fasc. 6 or. mb. c. bulla pend.*

330. *Pabst Innocenz IV nimmt das St. Marzkloster zu Straßburg in seinen besondern Schutz. 1249 März 29 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . .
priorisse et conventui monasterii sancti Marci extra muros Argentinenses ordinis
sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. justis petentium desideriis 5
[weiter wie in nr. 235 bis incursum]. datum Lugduni 4 kalendas aprilis, pon-
tificatus nostri anno sexto.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 8 or. mb. c. bulla pend. Auf dem untern Rand rechts
von gleicher Hand: Johannes Parm.*

331. *Pabst Innocenz IV gestattet dem St. Stephanskloster zu Straßburg, bei 10
der Vergebung seiner Pfründen nur diejenigen päpstlichen Provisionen, welche die
vorliegende Indulgenz ausdrücklich erwähnen, zu beachten. 1248 Juli 6 — 1249
April 4 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus abbatisse
et conventui sancti Stephani Argentinensis ordinis sancti Augustini salutem et apo- 15
stolicam benedictionem. vestre meritis religionis inducimur, ut vos speciali gratia
prosequamur. hinc est quod nos intuitu meritorum hujusmodi et obtentu dilecti filii
nobilis viri H[artmanni] comitis de Gruenigen¹ nobis et ecclesie Romane devoti, qui
tibi, dilecta in Christo filia abbatissa, linea consanguinitatis astrictus pro vobis per
affectuosas litteras apostolicam gratiam imploravit, presentium vobis auctoritate 20
concedimus, ut per litteras nostras seu legatorum sedis apostolice, etiamsi habeatur
in ipsis «non obstante aliqua indulgentia», de pensionibus seu beneficiis et specia-
liter de quatuor prebendis sacerdotalibus monasterii vestri ad collationem vestram
spectantibus nulli teneamini de cetero providere, nisi plenam et expressam de hac
indulgentia fecerint mentionem. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam 25
nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc
attemperare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli
apostolorum ejus se noverit incursum. datum Lugduni 2 nonas . . .^a, pontifi-
catus nostri anno sexto.

*B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 2622 or. mb. c. bulla pend. Auf dem Umschlag links in der 30
Ecke ant. Betreffs der Datirung vergl. Variante a.*

*Gedruckt darnach bei Schöppflin Als. dipl. I, 400 nr. 534, der die II des Datums fälschlich
für V liest. — Potthast Reg. pontif. nr. 13333.*

*a) Lücke von 4—8 Buchstaben durch Abscheuern des Pergaments entstanden. Nur der Schaft eines l
oder b ist noch zu erkennen. Die Monatsnamen des August, Januar, März, Mai und Juni können 35
daher bei der Ergänzung der Lücke nicht in Betracht kommen.*

¹ Vergl. Stälin Wirtemb. Gesch. II, 496.

332. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß die Erben Heinrich Jude's dessen gesammte, Hinterlassenschaft dem St. Nicolauskloster zu Straßburg übertragen haben. 1249 Juni 7.*

Siglinus Ymago et Reiboldus filius Nicolai magistri burgensium et consules
 5 Argentinenses¹ notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod post
 mortem bone memorie Heinrici dicti Judei heredes ejus, scilicet pater suus Mar-
 quardus Judeus et Agnes uxor ejusdem Heinrici, omnia bona, que idem Heinricus
 reliquit, cenobio sancti Nicolai ultra pontem sancti Stephani sito^a pro salute ani-
 marum suarum et prefati Heinrici contulerunt libere et pleno jure perpetuo possi-
 10 denda, videlicet in banno Ūtenheim 18 agros et dimidium, in Ensheim 6 agros, in
 civitate domum specialem predicti Heinrici, quam inhabitavit, cum bonis suis mobi-
 libus. preterea contulit predictus Marquardus dictus Judeus de bonis suis predicto
 cenobio sancti Nicolai in banno Ensheim 10 quartalia frumenti in redditibus. in cujus
 rei memoriam et stabilitatem presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis
 15 in testimonium communita. acta sunt hec publice anno domini 1249, festo
 Medardi confessoris, presentibus hiis testibus: Johanne decano sancti Petri, Johanne
 cellerario sancti Petri, Gunthero sacerdote, Cunrado Virnecorn, Heinricho de Wolf-
 gangesheim filiastro suo, Reimboldo dicto de Ehenheim et fratre suo Reimboldo
 filii domini Virnecorn, Mendewino, Heinricho filio Heinrici Marsilii, Friderico de
 20 Belhen, fratre Heinricho de sancto Nicolao et aliis quam pluribus.

S aus Straßb. St. A. lad. s. Nicolai in undis W 2 or. mb. c. sig. pend. laeso.

333. *Bischof Heinrich von Straßburg bestätigt einen Vergleich zwischen Gozzo, Ritter und Vogt von Hausbergen, und dem Straßburger St. Marxkloster, die Steuerpflichtigkeit der Güter des letztern betreffend. 1249 Juni 11.*

25 In nomine domini amen. Heinricus dei gratia Argentinensis episcopus omnibus
 Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem cum noticia subscrip-
 torum. quoniam labilis est hominum memoria, provida consuetudine inolevit ut

a) sito auf Rasur.

¹ In demselben Jahre, am St. Gallentag (October 16), theilt der Straßburger Stadtrath, an seiner
 30 Spitze Reimbold Claußen sun als Bürgermeister, der Stadt Speier mit, daß der Straßburger Bürger
 Syfrid Bild mit dem Erlös der verkauften Güter seiner Frau Bernheidin, die bei Speier belegen, sich
 Güter in und bei Straßburg gekauft habe: zu Vinckenwiler nūn hoffestette umb herrn Howemesser,
 vier hoffestette an der Oberstrassen umb Friderich Knebelin, in dem banne zu Bischovisheim by
 35 unser stette [ein] hube und vier mannematten umb den herren von der Steinporten, in dem banne
 zu Achenheim drytzen acker umb Johansen Syfridz bruder. Als Zeugen werden genannt: Walther
 der marschalck und schultheiße unser stette zu Straßburg, Albrecht der Wissebeger, Friderich von
 Uffwilre, Hetzel von Ekevirdesheim, Heinrich von Wolfgangesheim, Heinrich von Rentingen, Ulrich
 Schotte, Helfferich von Königeshoffen, Gosselin Hartunges dochtermann, Peter Nope, Wyrich, Johans
 Kelbelin, Hug von Schiltigheim, Heinrich Marsilis sun, Reinbolt Virnekorn, Friderich von Hagenowe
 40 der rat; Cunrat Virnekorn, Erbe des richters sun, Hug Ripelin, Reinbolt Stubenweg, Friderich unter
 den Kremern und Wernher Sturm. Aus Schüller Königsh. S. 1079 ohne Quellenangabe, offenbar nach
 der spätern deutschen Uebersetzung einer lateinischen Vorlage.

rationabiliter gesta, ne simul cum labente tempore in oblivionem abeant et labantur, 5
 fideli scripture testimonio perhennari. tenore itaque presentium constare volumus
 universis, quorum scire interest, quod, cum Gozzo miles de Hugespergen ejusdem
 ville advocatus a sororibus sancti Marci ratione advocatie sue peteret duodecim
 quartalia et dimidium siliginis et ordei et ipse sorores eidem tantum quinque reco- 5
 gnoscerent, asserentes cetera bona censenda libera sicut alie plures possessiones
 ibidem site, que ab hujusmodi libera sunt exactione, licet injuriose per violentiam
 a quibusdam talia sint extorta, et ob hoc dictus Gozzo, quia ipsis sororibus temeri-
 tate propria dampna gravia intulerat, dudum excommunicatus fuisset, post varias
 altercationes fuit in dominum Fridericum, qui dicitur inter mercatores, a predictis 10
 partibus spontanee compromissum, qui dictam litem arbitraliter sic decidit: quod
 prefate sorores darent predicto Gozzoni viginti tres marcas legalis argenti et omnia
 bona, que nunc ibidem possident, scilicet duodecim mansi et dimidius cum duabus
 curtibus et omnibus aliis suis attinentiis, a prestatione annone supradicte, scilicet
 duodecim quartalium et dimidii, et ab omni prorsus petitione, exactione, angaria, 15
 qualibet impetitione, vexatione, servitiis debitis seu indebitis, realibus vel persona-
 libus, jure vel injuria petendis, prestitis seu petitis, quocumque nomine appellentur,
 et ab omni jurisdictione et judicio ipsius tam bona quam persone ac familia et
 cultores deinceps sint libera et penitus absoluta et pascuis necnon omnibus aliis
 communibus juribus et utilitatibus cum aliis ipsius ville hominibus sine quolibet 20
 impedimento et contradictione libere nichilominus perfruantur. memoratus vero Gozzo
 miles ipse et pater suus et Cånradus filius suus fide in manus nostras data firmiter
 se astrinxerunt pro se et omnibus heredibus suis ac successoribus, se predicta omnia
 rata, firma et inconvulsa perpetuo inviolabiliter observaturos, omnia bona proprietaria
 seu hereditaria sive quolibet alio jure in ipsa villa ad ipsos suo nomine spectantia 25
 dictis sororibus in hac forma titulo pignoris obligantes, ut, si^a quem heredum vel
 successorum vel dominorum suorum, a quibus advocatiam tenent, vel superiorum
 suorum contra hec venire quolibet modo contigerit, de predictis suis bonis omnibus
 et eorum fructibus sine qualibet altercatione ipse sorores se libere intromittant,
 donec ab impetitione, vexatione atque gravamine hujusmodi cum integra indempni- 30
 tate a se vel suis successoribus exonerate fuerint et omnimodis absolute, predicte
 obligationis onus eisdem suis bonis taliter imponentes, ut, etiamsi fuerint quolibet
 titulo alienata, cum eodem onere ad quemlibet transeant successorem. preterea sepe
 dictus Gozzo promisit, quod domino suo . . . nobili viro de Raboltesteine, a quo tenet
 eandem advocatiam, tantum dabit de bonis suis in proprietatem, de quibus potest 35
 haberi annuatim, quantum a sororibus petebatur, in restaurum ejus juris, quod
 advocatie sue deberi asserebat, eadem bona recepturus in pheodo ab eodem et sic
 predicte ordinationis ratihabitionem a dicto nobili et suis heredibus obtinebit et super
 hoc prefati nobilis patentes litteras sigillatas ipsis sororibus exhibebit¹. cum igitur

a) *H u. H t se.*

¹ Uolricus de Raboltesteine bestätigt für seine Söhne und seinen Bruderssohn Heinrich noch im Jahr 1249 dieses Abkommen. *Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 3 fasc. 43 or. mb. c. 2 sig. pend.*

eadem advocatia ad nostram spectet ecclesiam et de manu nostra licet per plura media pheodäliter teneatur, nos predictum restaurum, etiamsi debitum foret, quod a sororibus petebatur, sufficiens reputantes et ordinationem antedictam ratam et gratam habentes confirmamus. et ne ulla super premissis questio, cavillatio vel
 5 ambiguitas in posterum oriatur, ad perpetuam hujus rei evidentiam presentem paginam super hiis conscriptam nostri capituli, majoris prepositi, officialis nostri prepositi Nycolai, qui hiis interfuerunt, sancti Thome et sancti Stephani ecclesiarum, a quibus dictus Gozzo hereditario jure tenet quedam bona in Hugespergen, et civitatis Argentinensis sigillorum munimine jussimus roborari. actum anno domini 1249, in
 10 festo^a Barnabe apostoli.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 29 or. mb. c. 7 sig. pend.

H 1 coll. ibid. or. mb. c. 7 sig. pend. Durchweg sehr gut erhaltne Siegel.

Auch Straßb. St. A. lad. Chartreuse-Oberhausbergen cop. mb. sec. XIII mit dem Siegel des judex curiæ Argentinensis.

15 **334.** *Der Straßburger Vogt Ludwig von Lichtenberg und seine Söhne Heinrich und Ludwig geloben dem Bischof und dem Stadtrath von Straßburg eidlich, die Straßburger Vogtei niemals zu veräußern. 1249 Juli 15 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

Ego Ludewicus de Liethenbere advocatus Argentinensis tenore presentium notum
 20 esse volo et constare universis presens scriptum inspecturis, quod ego et filii mei Henricus et Ludewicus fide data in manus domini nostri Henrici episcopi Argentinensis, magistrorum et consulum civitatis Argentinensis pro nobis et omnibus heredibus nostris promissimus et insuper corporali confirmavimus sacramento, quod advocatiam Argentinensem cum omnibus suis pertinentiis et juribus debito modo
 25 tenebimus et consueto et eandem advocatiam, omni fraude dolo et captione cessantibus, in nullam prorsus personam illustrem, humilem vel sublimem cujuscunque dignitatis vel condicionis quocunque tempore transferemus in pheodando, permutando, jus temporale vel perpetuum concedendo vel vices nostras ulli persone suspecte committendo vel alias cujuscunque alienationis titulo alienando. ad majorem cautelam
 30 etiam elegimus spontaneę nos astringendo, quod, si contra prescriptam formam aliquatinus venerimus inmutationem circa ipsam advocatiam aliquam attemptando, tam ipsa advocatia quam omnia alia pheoda nostra, que ab Argentinensi tenemus ecclesia, omni occasione, excusatione et contradictione cessantibus, domino nostro episcopo et ecclesie vacent et sint libera ipso jure. ne igitur super premissis ulla
 35 imposterum questio vel ambiguitas oriatur, in perpetuam hujus rei memoriam et debitam firmitatem presentem super hiis paginam conscriptam ecclesie et civitati Argentinensi contulimus sigilli nostri munimine roboratam. acta sunt hec apud Argentinam in palatio domini episcopi, anno incarnationis domini 1249, in festo sancte Margarete, in presentia venerabilis domini nostri Henrici episcopi, Nycolai
 40 prepositi sancti Thome et officialis, domini Alexandri fratris domini episcopi, Eber-

^a) *H 1 om.*

hardi de Hutendorf, Friderici de Ufwilre, Alberti Bagarii albi, Hugonis et Gozonis de Luffenstein, Helwici de Buswilre, Hecelonis de Ekeverdesheim, Sifridi Bildē et Reinboldi filii Nycolai magistrorum^a civium, Cunradi Virnecorn, Erbonis filii judicis, Gosperti ministri fratrum, Rudolphi de Vegersheim, Burchardi Dispensatoris, Johannis Vituli, Reinboldi Stubenwec, Friderici inter mercatores, Friderici de Hagonowe, Gozonis filii Nicolai, Hugonis de Schiltkenkein, Rudolphi filii Lenzelini et aliorum multorum.

S aus Straßb. St. A. Gew. u. d. Pfalz lad. 230 nr. 45 or. mb. c. sig. pend. Vortrefflich erhaltenes Reitersiegel Ludwigs von Lichtenberg.

Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 401 nr. 536.

335. *Pabst Innocenz IV gestattet dem Straßburger Domcapitel, künstighin unbeachtet päpstlicher Provisionen, wenn sie nicht diese Indulgenz ausdrücklich erwähnen, nur diejenigen als Canoniker aufzunehmen, die bereits Pfründen an der Straßburger Kirche erlangt haben. 1249 Juli 31 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . preposito . . . decano et capitulo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. multe devotionis affectus, quem ad personam nostram et Romanam geritis ecclesiam, nos inducit, ut ecclesiam vestram favore apostolico multipliciter prosequentes eam specialis privilegio gratie honoremus. cum itaque, sicut nobis exponere curavistis, in ecclesia ipsa tam sedis apostolice ac legatorum ipsius auctoritate quam vestra necnon et ad preces venerabilis fratris nostri Argentinensis episcopi quam plures in canonicos sint admissi, qui nondum prebendas ibidem aliquas sunt adepti, nos volentes vobis et ipsi ecclesie imposterum a simili gravamine precavere, vestris supplicationibus inclinati, ne per litteras apostolicas vel legatorum sedis predictae impetratas, nisi jam sit earum auctoritate processum, vel etiam impetrandas cuiquam in eadem ecclesia provideri valeat nec vos per eas ad eujusquam receptionem aut provisionem compelli possitis, donec prefati recepti prebendas in illa fuerint assecuti, nisi in eisdem litteris impetrandis de Argentinensi ecclesia et eorumdem receptorum numero ac hujusmodi tenore indulgentie specialis et expressa mentio habeatur, auctoritate vobis presentium indulgemus. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Lugduni 2 kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2718 cop. chart. sec. XVIII.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 388 nr. 454.

a) *Aus dem ursprünglichen magistri durch Hinzufügen der entsprechenden Breviatur von anderer Hand entstanden.*

336. Pabst Innocenz IV bestimmt, daß in den nächsten zehn Jahren kein päpstlicher Legat über das Straßburger Domcapitel Kirchenstrafen verhängen dürfe, falls nicht ein besonderes päpstliches Mandat, das die vorliegende Indulgenz ausdrücklich erwähne, ihn dazu ermächtige. 1249 Juli 31 Lyon.

5 Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito . . decano et capitulo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. multe devotionis [weiter wie in nr. 335 bis honoremus]. hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus, ut nullus delegatus sedis apostolice vel legati sedis ipsius aut subdelegatus delegati ejusdem sedis, executor
10 vel etiam conservator a dicta sede vel eodem deputatus legato, in vos vel quemcumque vestrum ratione capituli suspensionis, interdicti seu excommunicationis sententias valeat promulgare sine ipsius sedis vel ejusdem legati speciali mandato plenam et expressam de Argentinensi ecclesia et de toto hujusmodi tenore indulgentie faciente^a mentionem, presentibus post decennium minime valituris. nulli
15 ergo [weiter wie in nr. 335 bis incursum]. datum Lugduni 2 kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 3466 fol. 440^b aus einem Papier-Copialbuch des Straßburger Domcapitels, in der Schrift des 17ten Jahrh.

Im Auszug bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 389 nr. 455 nach dem lib. sol. 1347.

20 337. Pabst Innocenz IV fordert unter Verheißung von Ablass zum Besuch und zur Unterstützung des St. Johannesklosters zu Straßburg auf. 1249 October 13 Lyon.

Innocentius episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. fidei orthodoxe cultores
25 suis culpis dominum pertimescentes iratum, dum tempus miserendi conceditur, ipsum placare satagunt tum precibus sanctorum et meritis, tum ex justitie operibus fructuosus. quos ut ipsi discurrentes festinent amicos gratie suscitare, quorum interventu a peccatorum nexibus absolvantur, tanto avidius illectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, quanto estuamus ardentius pro ipsorum remedio
30 salutari. cum igitur, sicut accepimus, dilecte in Christo filie . . priorissa et conventus monasterii sancti Johannis extra muros Argentinenses ecclesiam locum videlicet sanctificationis erexerint, in quo eterno patri offertur sacrificium vespertinum propitiatio pro peccatis, ibidem sub religionis habitu in multa paupertatis angustia domino famulantes, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino
35 vobis in remissionem peccaminum injungentes, quatinus dictum locum piis visitationibus frequentetis a largitore bonorum omnium salutis beneficia percepturi. nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus

a) B faciant.